Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



107

posuit, de ultramarinis partibus in montana (alius codex habet in normanniam: Historiarum de origg. fest. ait Belethum in Ration. C. 147 scripsisse in Romaniam) attulit: et ibi in honorem sancti Johannis ecclesiam fabricavit, quam ecclesiam, ut ibidem dicit quidam hac die dedicatam fuisse asserunt. Unde a domino papa statutum fuit, ut hec dies per totum mundum celebris habeatur. Aput marinam urbem galie (alterum Ms. Apud Mauriennam civitatem Galliæ ut ait Sigebertus) matrona quedam iohannem baptistam et deum instantius exorabat, ut sibi de reliquiis suis aliquando aliquid donaretur. Sequitur historia translationis sacri Pollicis sine mentione aliorum digitorum. Videtur proin Jacobus distinguere sanctam Theclam ab, qua Indicum, a ea matrona, quæ Pollicem attulerat. Jam ad Stamsensia monumenta veniamus.

Rudolfus ~~qui inter primos Stamsensis monasterii ha~~ Abbas Stamsensis lib. Miraculorum S. Joannis B. in Stams, quem ab anno 1272 usque ad annum 1268 conscripsit, quemque integrum dabo suo loco; sic ait: Igitur / nos monachi venientes de matre nostra Cesarea, ad sanctum Johannem in Stams claustrum ibidem construximus: invenimus villanos homines, ipsum locum antea incolentes; prodigia maximi patroni nostri quibusdam ligneis ymaginibus tytulasse. -- Noverint itaque omnes fideles, quia nihil mendacium in nostris apicibus apponemus. Non sunt enim facienda mala, ut veniant quæque bona. --- legimus, quod pagani invidentes miraculis que fiebant ad tumbam eius, extumulaverint atrocius ossa eius. Et ex antiquorum traditione creditur, digitus eius esse aput nos, quo dominum demonstravit. Siquidem ut legitur, beata Thecla, eum attulit inter alpes. Hæc in prologo: dein C. 38: In cripta Stams ad altare in quo dicitur esse digitus beati Johannis, quo dominum demonstravit, veneratur quidam de Starkenberc gestans brachium plenum morbo. Stante itaque iuxta aram quodam monacho, que fuit ab eo infirmus, quid facere debuisset. Respondit monachus, ut brachium poneret super aram. Posuit et mox inde sanissimum sublevavit. Quod tamen per quinque annos in fascia sive ligatura collo dependente miserrime deportarat.

/ anno domini M.° CC.° LXXIII.° Indictione prima

Burcardus Gamorett in Cronica Fundatorum Monasterii in Stams scripta anno 1414, cujus Autographum Ms. etsi non integrum, extat in Tabulario Stamsensi; hæc habet: Anno Domini M.° CC.° LXXXXV.° obiit Dux Meinhardus et in Monasterio sancti Johannis in Stams Cysterciensis ordinis quod ipse sumptuose construxit, sepelitur. Hoc mona-

MS 93 !